plus attingere Sed contentus
sit hoc cyrenensis ille cui vel
necessitas vel natura est esu:
rire Vel postremo isti quibus
credo marina iactatio inedi:
am tibi fecerat Nos procul
a mari absumus Et quod tibi
sepe testatus sum galli sumus
Sed pergat hic potius ex:
plicare sui cyrenensis hystoriam
Enim vero postumianus ait
verebor post hec cuiusquam ab:
stinentiam predicare ne gal:
los nostros arduum penitus offen:
dat exemplum Statueram autem
etiam cenam cyrenensis illius ut
consequentia septem eum diebus
apud ipsum fuimus referre con:
vivia Sed super sedendum est
ne gallus se estimet fatigari
Ceterum postero die cum aliqui
ex incolis ad nos videndos
confluere cepissent cognosci:
mus illum hospitem nostrum
esse presbiterum quod summa
nos dissimulatione celave:
rat Deinde cum ipso adeamus ecclesiam
procul quasi fere duo:
bus milibus aberat a conspectu
nostro inter vectum montis excelsa
Erat autem vilibus texta vir:
gultis non multo ambiciosior
quam nostri hospitis tabernaculum
in quo nisi incurvus quis
non poterat consistere Cum
hominum mores quereremus illud
preclarum animadvertimus
nichil eos neque emere neque
vendere Quid sit fraus
aut furtum nesciunt aurum
atque argentum que prima
mortales putant neque
habent neque habere cupiunt
Nam cum ego presbitero illi
decem nummos aureos obtu:
lissem refugit altiore con:
silio protestatus ecclesiam
auro non strui sed potius
destrui Aliquantulum ei
vestimentorum indulsimus
Quod cum ille benigne accep:
isset revocantibus nos ad:
mare nautis discessimus
Prospero que cursu septimo 37
die alexandriam per:
venimus Ubi feda inter epi:
scopos atque monachos cer:
tamina gerebant ex ea
occasione vel causa quia
congregati in unum sepius
sacerdotes frequentibus de:
crevisse synodis videbant
Ne quis origenis libros
legeret aut haberet Qui